

**De Fermon, J. C.. - An epidemia
nuperrimè observata (praesertim
lutetiae) causis, symptomatibus et
therapeia ab aliis popularibus morbis
secernenda ?**

1829.

***[s. l.] : Imprimerie de A. Firmin
Didot. Imprimeur de l'institut
Cote : 90975***

8

COMPETITIO
 AD AGGREGATIONEM,
 JUSSU REGIS OPTIMI,
 ET EX MANDATO
 SUMMI REGIÆ UNIVERSITATIS MAGISTRI,
 INSTITUTA.



QUESTIO.

AN EPIDEMIA NUPERRIMÈ OBSERVATA (PRÆSERTIM LUTETIÆ)
 CAUSIS, SYMPTOMATIBUS ET THERAPEIA AB ALIIS POPULA-
 RIBUS MORBIS SECERNENDA?

THESES.

Quas, deo juvante, in saluberrimâ facultate medicâ
 parisiensi, præsentibus competitionis iudicibus, publi-
 cis competitorum disputationibus subjectas tueri cona-
 bitur, die mensis juliï 1829.

J. C. DE FERMON,


Facultatis Parisiensis medicinæ doctor, S. A. R. Borboniæ ducis honorarius medicus,
 primi hospiti ad dispensanda auxilia à philanthropicâ Societate instituti medicus, colle-
 giique ad pauperibus succurrendum præpositi in secundâ Parisiensi Præfecturâ, etc.

Conscientiâ et scientiâ.

IMPRIMERIE DE A. FIRMIN DIDOT.

IMPRIMEUR DE L'INSTITUT, RUE JACOB, N° 24.

1829.



DD. ESQUIROL. — Præses.

LANDRÉ-BEAUVAIS.

ADELON.

ANDRAL.

CAYOL.

CHOMEL.

FIZEAU.

GAUTHIER.

Judices.

BULLIER.

DE KERGADEEC.

Vicarii.

DD. MAILLY.

GUIBERT.

LEGER.

HOURMANN.

AYME.

BROUSSAIS.

CHANEL.

DALMARS.

SANDRAS.

GUERARD.

BERJAUD.

SANSON.

MÉNIÈRE.

FORGET.

DUBOIS.

ROYER-COLLARD.

VIDAL.

GUILLOT.

REQUIN.

GAIDE.

Competitores.

D. Chardon, filius, D. m. p. relationem mihi tradidit morbi parisiensis epidemici
manuscriptam, quæ præmium consecuta est à societate quâdam scientificâ. Illumque hîc
obsecro ut meæ gratitudinis publicum accipiat testimonium.

OPTIMIS

nec non

DILECTISSIMIS PARENTIBUS,

AMATISSIMO FRATRI,

CARISSIMO MAGISTRO ET AMICO

FR. MAGENDIE,

ACADEMIÆ REGIÆ SCIENTIARUM SOCIO.

I. C. DE FERMON.

OPTIMIS

NEC NON

DILECTISSIMIS PARENTIBUS,

AMATISSIMO FRATRI,

CARISSIMO MAGISTRO ET AMICO

F. MAGNIE

ACADEMIE REGIE SCIENTIARUM SOCIO.

L. C. DE FERMON

laboravère, erat sinè gravi dolore; modò roseum explicabat colorem, rubræ interdùm maculæ plus minùsve saturatæ, modò pallidò albore. Post paucos dies hoc quidem aberat œdema sine desquamatione; aliquotiès quoque apparuit illud circà femora et crura anumque denique, sed rarò corpus totum occupavit.

Erat apud quosdam cutis quasi lucida, tensa mirum in modum, albicans, pellucidè exsudans veluti sudor; post demum erumpebatur cutis, tensione doloreque decrescentibus cùm effluxisset humor quidam albus translucens aut lactescens, fiebat hic magis ac magis crassior rarissimèque pus aut potiùs casei consistentiam referebat. Id quidem singulare prorsus apud milites occurrebat.

Pedum et manuum œdematosus tumor.

Singularis quidam rubor plerùmque manibus pedibus inflatis aderat; circà pedes rubor saturatoris coloris lineâ finitus, quæ quidem a talo suprâ pedis digitos pertinebat quâ metatarso committuntur. Aliquandò manus à lacerto separata rubrâ lineâ lineæ pedis respondente. Sæpe numero quoque manus, dorsum et palma maculis rubris conspersa, fortiùs expressis interdùm juxta articulos. Hæ partes non erant semper acerbi doloris sedes.

Systematis nervorum symptomata.

Oculorum status. Oculi plerùmque vultùs morbo afficiebantur; quin symptomata ophtalmiæ satis certa fuere; acerrimus oculorum dolor, palpebræ rubræ multùmque inflatæ; conjunctiva membrana in casu quodam intus tumuit ità ut extrinsecùs sese inverteret. Sæpiùs quosdam apud ægrotos, cùm jam evanuisset œdema, perstabat dolor oculorum, nec tamen observabatur oculorum orbem acriùs inflammari.

Sensibilitatis perversio. Vulgò ab initio morbi ægrotorum digiti constantiusque pedum, fornicationibus, aculeis stimulisque quibusdam, quæ interdùm ad crura, femora reliquumque corpus variabant, pungebantur. Iste quidem sensus tantum afferebat dolorem ut ægri clavis superambulare, lapillosve in calceamentis habere sibi viderentur. OEstu eorum mala ingra-

Difficillimum erat, me quidem iudice, quæstionem magis arduam eandemque obscuriorem et magis disceptationibus opimam tractandam habere. Nec diffiteor me tantâ rei gravitate adeò fuisse exterritum ut concertationem detrectare aliquantisper mens mihi fuerit. Hunc autem primum animi impetum sequi, ac perdifficilem materiam strenuè promptèque aggrediendi occasionem prætermittere decere minùs credidi. Velim igitur, honoratissimi *Jurati*, vosque competitores mei, hanc thesim benignè excipiatis, pro certoque teneatis me ità sortis legibus obsequentem manifestiùs testari velle quantoperè vestram mihi existimationem approbationemque demereri cordi sit. Liceat mihi sperare existimatium iri me integerrimis hausisse ex fontibus, et cum fide iudicibus et competitoribus meis litis instrumenta subjecisse, denique pro concessi temporis brevitate omni ope humanâ contendisse ut sententiam thesi meæ inscriptam, *conscientiã* et *scientiã*, approbarem. Hæc enim sunt sola arma quibus recto quivis animo in quâlibet disputatione uti debet. Cæteroquàm iudicibus competitoribusque meis de hoc planè confido.

THESEOS DIVISIONUM INDICATIO.

Ut propositæ nobis quæstioni respondeamus, nobis hic referenda erunt causæ, symptomata et therapeia.

- 1° Epidemiæ etiam nunc sævientis;
- 2° colici Pictonum doloris, id est morbi symptomatibus digestoriarum viarum præcipuè affinis;
- 3° variorum cerealium morborum, id est in quibus symptomata nervorum præcipuè pollent.

Undè theseos pars prima in tribus sectionibus divisa.

In secundâ parte comparabimus quos suprâ enumeravimus morbos, de causis, symptomatibus et therapeiâ, prout postulat quæstio.

In tertiâ parte tandem conferemus, eâdem mente, cum parisiensi epidemiâ morbos populares et sporadicos, et affines aut nervorum aut eruptionum symptomatibus, sed prioribus morbis epidemiæ minus assimilés.

Quo facto, quæstioni subjectæ me satisfacturum spero generali conclusione.

PARS PRIMA.

DE EPIDEMIA PARIENSI.

(SECTIO PRIMA).

ENUMERATIO VARIORUM SYMPTOMATUM EPIDEMIAE PARIENSIÆ SECUNDUM ORDINEM VULGATISSIMUM.

Digestoriarum viarum læsiones.

Sæpissimè ineunte morbo, ægroti, sublato appetitu, nauseabant, cibum vomitabant aut potum; illis dolebant lumbi; alvo inspectâ, bilis tamen secretio haud aucta videbatur; eadem alvus nec frequentior nec copiosior. Offam cum rumice aut acetoria duntaxat appetebant ægrotantes, nec ex ventriculo ejiciebant. Rarò lingua rubra. Interdum tamen colicæ et alvi profluvium sæpiùs iterata alternanteque constipatione observata sunt. Diarrhæa vomitibus tenacior, tantaque vis ut quinquies et vigesies trigesiesve quotidie venter laxaretur. Nonnumquam sanguinolenta alvus, digestoriæque viæ usque eò perturbatæ ut cholerae species redderetur. Tùm præsertim cum ventriculus et intestina malè se haberent, febriles motus, sive in morbi primordio, sive in cursu, deprehendere licuit.

Brevis quidem febris, initio imprimis; non statæ pyrexia, huc sæpiùs accedebat cephalalgia; rarò autem horror sudorque.

Faciei œdema. Hoc quidem symptoma sæpè simul ac digestoriæ viæ perturbabantur aliquoties antea apparebat. His scilicet miris rebus ferè semper incepit malum in contubernio dicto quidem Ursino, aliquandòque evenit ut ex iis solis morbus constaret, cum ejus processus coerceri potuere.

Diuturnum certe hoc œdema apud eos qui per manus aut pedibus

vescebant et levamenti causâ cogebantur pedes efferre lecto. Tum observare singulares admodum sensûs perversiones in promptu fuit. Muliercula quædam in atriis clinici professoris Chomel recubans, servatis crepidis lecto se mandat, eas posterâ die ubique perquirit, cùm denique stragula fortè tollens errorem agnoscit suum; nonnulli ægroti solo haud secûs ac spinis horrènti incidebant; hoc aliis quidem durissimum, aliis verò molle et pressioni cedens videbatur, undè dicebant super lanuginem ambulare sibi videri. Nunc calceis tantùm amplissimis uti licebat, nunc ut sese moverent necesse erat pedes arctissimè angustari. Denique illud præsertim intolerandum erat, quòd scilicet alternâ vice aut indesinenter frigerent arderentve æstu.

Observatum est de manibus similiter, quanquàm frequenter minùs sensum aberrasse. Sæpe, invadente morbo, extremarum partium sensus hebescebat; primùm quidem frigus quoddam, dein torpor qui in dies augescebat. Tactus interdum ità læsus ut ægroti vix ea quæ in manibus collocabantur aut super quibus vestigia ponebant vix sentirent. Observari tandem potuit non nunquam membrorum paralysis, paraplegia etiam (1); aliàs sensus adeò tener erat ut ægroti vel minimam pressionem, minimùmve contactum ferre non possent. Quod quidem vulgò pedibus tantùm et manibus, aliquotiès digitis vel pedum circumscriptum, ad brachia usque truncum, imo ad capillatam cutem decurrebat. Membra etiàm intùs molestis partium tractionibus doloribusque acerbissimis, quæ sæpiùs inertis discrepabant cuti, vexabantur. Hæc quidem duo, exaggeratio scilicet et nervorum sensûs inertia sive vicissim, sive unâ simulque per artus diversos apparuère.

Contractilitatis alteratio.

Ictus plus minusve gravis musculorum ad contractilitatem devenit sive ineunte, sive currente morbo. Non nunquam ægroti nihil sese movere poterant, quorum artus vel minimo cedebant conatui, apud quosdam vires frangebantur, apud alios membra et imprimis digiti perseverabant in contractione, quam vincere si quis tentaret ægrotantis sævissimi dolores erant. Uni ex iis in hospitii Misericordiæ nomine dicti recubanti inferiores artus rigescebant ferè tetani more, simulque circa cru-

(1) In atriis clinicis St-Caroli, ægrotans, n° 10, professore Cayol.

ra et femora gravissimis doloribus tenebatur. Apud nonnullos homines observati sunt tendonum saltus brachia circa et crura et in his extremis partibus contractiones, quæ nempe mira admodum quotidie multas per horas occurrunt.

Insomnium quoque, quod fornicationes doloresque ægrotorum sequi solebat, tanquam symptoma præcipuum sese manifestavit. Æger quidam qui Vincenniis ad locum Gratiaë-Vallis nomine vocatum, viginti noctes duxerat insomnes, tamen leviter dolebat, cum torpor fuerit præcipuum ipsius morbi signum.

Exanthemata. Sæpè pedum plantæ parsque lateralis et sæpè etiã crura et femora vesiculis humore albo aut rufulo plenis cooperta. Non nunquam papulæ tantum in modum coni, sine ullo humore resolutæ; nisi verò resolverentur, aderant phlyctenæ. Interdum etiam eruptio quasi Pemphygi speciem quamdam, interdum zonæ exhibuit. Aliquotiès tandem nulla fuit eruptio. Apud ægrotum quemdam, de quo doctor Bayle mentionem fecit, erupit carbunculus niger in anteriore cruris parte, qui nihil fortè ad epidemiam pertinebat. Cujus verò incrementa celeriter butyro stibino inhibita fuere (1).

Cutis coloratio. Cutis interdum colorem plus minusve saturatum induit. In quibusdam partibus fusca, in aliis nigra prorsus facta est præcipuè ad papillam, alvum, collum, in magnarum articulationum sinu. Denique ægroti quidam omnino nigrescunt, exceptâ facie quæ plerumque colorationis mutatae minimè est particeps. Sæpè maculæ tantum nigræ erant, circumscriptæ; quæ per varias corporis partes sparsæ discrepabant maculis aliis olim nigris quæ gradatim decoloratæ in pallidum prorsus alborem verterant. Erat modò ista coloratio altiùs incrustata, modò summam duntaxat cutem tingebat. Cæterum ista nihil alia phenomena immutavit. Apud quosdam cutis colorem quemdam rubrum sumpsit, quemadmodum in scarlatinâ febrî. Apud alios, denique, colorem

(1) Medendi penitùs, morborumque cutanorum fidelis clinicus interpret professor Bielt tres epidemici erythematis varietates agnovit.

Varietas prima. Sunt casus in quibus erythema epidermis indurationis fuit effectus. Symptomata quoque nervorum istius indurationis fuerunt effectus, nec causæ.

Varietas secunda. Nervorum symptomata primitiva et concretiones tardiores.

Varietas tertia. Si in varietate secundâ color cutis mutatur facile agnoscenda; ea est secunda varietas cum variis colorationis gradibus.

amisit. Videre fuit, in hospitio Divi Ludovici, hominem mulieremque quos dixisses *albinos*.

Varias corporis partes, præsertimque scrotum et ani ambitum, occupaverunt maculæ circumscriptæ rubore plus minùs vivido, qui postquam speciem ecchymoseon induerat, intrà paucos dies evanescebat. Animadvertentebantur aliquandò sudores satis abundantes, nunc circà pedes tantum et manus, nunc per totum corpus, qui seu periodicè, seu non certis temporibus manabant.

Desquamatio. Post rubras erythematis maculas variasque de quibus diximus eruptiones, aut per tenues veluti squammas solvebatur cuticula, aut circà pedes præsertim, ruptis phlyctenis, per ampliores quasi laminas ad summam nempe perducta crassitudinem, quæ ne omninò caderet moram afferebat. Apud ægrotos quosdam sic non semel renovata fuit epidermis; hæc scilicet novissimè formata mollis erat, et tenuis usque adeò ut propria textura cutis, quæ rubra erat et vel minimo læsa contactu, planè perspiceretur.

Unguium dolor et lapsus. Hoc symptoma observavit amicus doctor Mèlier. Fuère quoque ægroti apud quos cuticula quæ à pulpâ sub internam unguis faciem recurrit, tumefactâ crassatâque, unguem invadit tenuioremque et longiorem formam digitis facit; indè fit ut molliores sint, acriùsque illis doleat. Aliquotiès, his signis morbi datis, cuticula simul et ungues collapsi sunt.

Quando primorum epidemice symptomatorum mentio facta est.

Circà Junium mensem affectio ista medicorum animos in se convertit, menseque Augusto mentio ejus à prof. *Chomel* facta fuit in medicina Parisiensi Academia. Mense autem Junio irrepsit in Mariæ Theresiæ valetudinarium, et ex quadraginta hominibus sex et triginta invasit. (Vide doctoris *Hervez de Chegoin Annotationes*.) A professore *Cayol* fuit observata. Mox in Curtillæ contubernio ex quingenis militibus trecenti septem et nonaginta in morbum inciderunt. In *Ave-Mariâ* contubernio inque *Montis Acuti* carceribus, non minùs desæviit pestis; denique in omnibus civilibus hospitiiis parisiensibus observata fuit et descripta. Lutetia verò præsertim in suburbiis Santi-Marcelli, Sancti-Germani, in vicis des *Arcis*, de *l'Hôtel-de-Ville* et des *Bourdonnais*. Adjiciendum est

eam et Vincenniis, Vaugirard, Sanctique-Germani in Layâ fano, Versaliis, Meldis, Columnieri fuisse exortam. Doctor nomine Bedor, in epistolâ quâdam in Diariis evulgatâ, non eundem morbum Trevis observatum fuisse affirmavit.

Nunc autem de contuberniis pauca tantum addemus excerpta ex Annotationibus doctoris *Chardon*, qui per tres menses ipsis in locis indicia collegit. Tertiâ septembris mensis die (1828), malum Ursinæ contubernium occupavit. Ex 700 militibus, 560 capti fuere, et, mirabile dictu, affectio postquam acerrimè sævierat, vicesimâ quintâ ejusdem mensis die omnino recessit. Subsequente hieme rursus prodit; multum verò de vi suâ remiserat. Martio mense, cum milites in *Curillæ* contubernium expurgatum reparatumque reduces fuere, epidemia gravius etiam quàm antea incubuit. Intra quatuor dies, ducentos milites ex quadringenis infecit. Morbus istè hodiè etiam, sed rariùs quàm elapsò proximè anno in urbe hospitibusque deprehenditur.

Variù aspectus morbi.

Nonnulla symptomatum quæ enumeravimus apud quosdam ægrotos defuere, et unumquodque ex iis pro hominum locorumve varietate vicissim prævaluit. Apud alios quidem summa nervorum perversio maximè omnium insigne erat symptoma. Apud alios verò digestionis viarum læsione aliquandiù nervorum affectio tegebatur. Apud alios tandem ferè præcipua erat spiritus organorum offensio. (Exemplum capiamus *Curillæ* milites, sicut infra dicemus.) Exanthemata ipsa singularem varietate suâ morbo aspectum dabant. OEdema, erythemata à desquamatione usque ad unguium lapsum sequente cutis inflammatione, pemphigus, zoster, ab ariditate cutis ad effusos usque sudores, à guttulis per unam partem stillantibus usque ad sudationem totum per corpus diffusam, hæc sunt varia hujus morbi specimina. Rarò capiti malè erat, apud tamen *Ursinæ* ægrotos, cephalalgia vehemens quæ paucis post diebus cessabat. Denique dum in hospitio *Caritate* dicto neque tendonum subsultus neque crampi observarentur, ægroti plurimi hæc in hospitii *Misericordiæ* atriis experiebantur. In circumscriptâ *Meldarum*, *Columnieri*, et præsertim *Firmitatis* præfecturâ, ampla erythemata numerosæque pustulæ specialiter affectionis characteristicæ notæ erant. Alimentorum fastidium majus in militaribus contuberniis quàm

in omni alio loco. Nec sudores critici, nec maculæ, nec eruptiones, sed vehementior absque eruptione dolor erat. (*Vide infra, tertiam observationem*).

Professor *Cayol* valetudinarii *Mariæ Theresiæ* Medicus duas huic morbo periodos inter docendum assignavit : In priore quæ tres aut duodecim quindecimve dies complexa fuisset apparuissent varia digestoriarum viarum perturbationis symptomata œdemaque faciei. Posterior signata fuisset optimo digestorii tubi statu, fornicationibus, torpore, symptomatibusque aliis minùs quàm descriptissimis constantibus. Hoc quoque fateamur, nulla prorsùs est affectionis in processu suo identitas. Sæpè fornicationes et torpor simul unà cum affectionis *gastricæ* symptomatibus adfuere, interdùm etiam antea. Morbus quoque non rarò variis eruptionibus, *erythematicá* extremorum inflatione incœpit. Exponeamus tamen quomodò ut plerumquè, iudicio nostro, processerit :

Primum nausæ, vomitus, faciei œdema, punctus extremorumque torpor; sæpè etiam intrà hæc symptomata constitit morbus. Quòd si verò ingravesceret, tùm brevi profluvium alvi, membrorum dolores, erythematicus pedum manuumque tumor, cutis coloratio decoloratiove, epidermis desquammatio. Tùm vulgò quidem non jam perturbatæ digestionis viæ, affecti verò nervorum systematis symptomata perstabant, imò et graviora. Non nunquàm idem alvi profluvium, sanguinolentæ fiebant dejectiones, sæpiùsque indè consumptio. Cæterùm symptoma quò omnia alia tendere visa sunt, fuit progrediens extremorum paralysis : hoc quoque omnium tardissimum abiit. Virium imbecillitas extremitatumque macies eò tenaciores erant quò gravior fuerat morbus. Variis his symptomatibus seu recedentibus, seu processu temporis evanescentibus, non ideò subito semper omninò convaluere; nam multi reciderunt. Doctor *Miramont* [militaris chirurgi adjutor apud quartam et sexagesimam legionem in *Ursinâ* collocatam animadvertit in hoc loco zonis per varias corporis partes apparentibus quodam modo judicari morbum omninò cessisse. Is fuit plerumque morbi progressus : sed proximo Martis mense quùm *Curtillæ* milites in contubernium suum rediere, morbusque recrudescere acriùs cœpit, tùm primùm extinctio vocis aliquoties planè deficientis, intolerabiles obsessarum faucium aculei. Præsertim ægroti vix spiritum trahentes sanguinem ore pleniori vomitabant. Tùm apparebant alia quæ suprâ indicavimus symptomata. Hoc fuit admodum singulare quòd milites in morbum quo jam priùs affecti fuerant, non

relaberentur, aut saltem paterentur minora; contra verò maximâ vi in alios subitò sæviret.

Quamdiù duraverit morbus.

Apud quemque variè prorsùs pestis duravit. In *Ursinâ* milites intra paucas hebdomades sanitatem recuperabant. Apud alios per multos menses morbus tenebat; nonnulli tandem malignam ejus vim ex quo primùm epidemia venit, sentiunt. Eò diuturnior morbus quò gravior.

Doctor Miquel extremâ annotatione de epidemiâ in Diariis medicis in lucem editâ (1), refert eximii professoris Chomel dictum honesto candore memorandum; scilicet : Nunquam unum ægotantem graviter affectum ad sanitatem perfectam rediisse. Sanatu difficillimum in quibusdam casibus, profectò infrâ enarratâ observatione nimium patet morbum. Hæc observatio memoriâ dignissima, 1^o quod abfuisset omne exanthema; 2^o quò dolores altiùs fuissent infixi quàm apud plerosque ægotantes.

Morbi epidemici qui eruptione nullâ comitati, attamen sanari non potuerunt.

D. L. . . , 49 annis natus, validus, plethoricus, architecta et quotidie urbis varia loca peragrans, doloribus rhumatismi ferè similibus mense novembri correptus fuit, quibus præiverat aliquamdiù sensibilitatis abolitio non mediocris; hos dolores, quos non augebant motus et processus, calor comitabatur ingens, præsertim noctu. Rapidè tumuerunt pedes ac manus, simul atque evanuit torpedo, doloribus perseverantibus : quandoquè abscedebant, mox, à torpore momentaneo, reversuri.

Emetica, purgantia, diaphoretica (*pulvis Doweri*), opium, balneæ hydro-sulfuratæ, vel vaporosæ, sive aquosæ, sive sulfurosæ, frictiones ammoniacales et opiaceæ, vicissim sed frustrâ usurpata sunt.

Dolores, quaque octavâ vel quidem quindecimâ die, nunc evanescent abruptè : manus membraque abdominalia in eodem statu quo incipiente morbo apparent, nempè œdemate paulò densiore quàm vulgò observatur; vestium impressio rarissimè adest in his partibus, atque digiti illis magnâ quidem vi admoti vestigium vix superest.

(1) *La Lancette*, n^o 19.

Cutis, cujus coloratio imminuitur, hodiè subalbida est, flavescens, fere sensûs expers. Tactum manifestò vitiatum ægrotus ipse animadvertit. Pellis exsiccata cuticulam amittit sub fine cujusque accessûs, nullo tamen existente rubore; sudor è membris minùs copiosus dimanius, balneis adaugetur; tunc verò interioribus organis acerrimi percipiuntur dolores qui ægrotantibus ossa occupantes videntur, nec pressione majores evadunt. Cæterùm nec rubor, nec febris adsunt.

Usque ad brachia, tendonum secundùm vaginas, tumefactio producitur.

Professor Chomel hunc ægrotum exploravit et declaravit quâcumque medicatione abstinendum, morbum per duos tresve menses perseveraturum, hominemque omnia è Deo et naturâ expectaturum esse.

Morbi terminationes.

Lentè quidem admodùm ad sanitatem ferè semper reditum est; pauca autem supervenientis mortis exempla memorantur. In solo Mariæ Theresiæ hospitio plurima fuère funera, quùm è sex et triginta hominibus, octo et decem desiderati fuerint.

Paralysis unus est ex morbi finibus simul et characteribus propriis, eâque morbus parisiensis ad colicum dolorem *pictonum* accederet, si modò apta foret Tronchini definitio : *Colicus omnis dolor qui in epilepsiam aut in paralytim desinit, nullo causæ efficientis respectu, pictonicus vocandus est.* Manifestè verò erravit Tronchinus, ut dixit *Merat*, nam indè colligendum esset colicum dolorem qui in paralytim non verteret, metallicum aut vegetalem haberi nequire.

Complicationes.

Ad apoplexias, *pneumonias*, pulmonum phthises, epilepsiam, aliasque affectiones morbus apud quosdam accessit; hæc verò nullum procedenti morbo impedimentum attulère. Puellam quamdam in *Misericordiæ* hospitium istius affectionis causâ admissam occupavit tertiana febris quæ, adhibito sulfate quininae, cessit, nec affectio prima indè mutata.

Prognosis. Cùm non ultrà modum turbatæ sunt digestionis viæ, cùm systematis nervorum symptomata pedibus manibusque tantùm inhæserunt, prognosticum minimè malum est: in hoc enim statu multi solitis

occupationibus vacare potuerunt; si verò fornicationes, dolores nec non torpor ad truncum usque progredirentur, si solutior alvus, si dejectiones sanguine mixtæ, tum gravis affectio; fieri quippè posset ut ægrotus seu consumptione seu paralyti organa omnia invadente succumberet. In universum dorsi lumborumque dolor mali pertinaciam præ sagire videbatur. Tum morbum in medullam spinalem dixisses omnem vim suam effundere.

SECTIONES CADAVERUM.

Tres observationes ex quibus ægrotantes obierunt in hoc loco exponam; symptomatumque congruentiam cum signis per anatomen indagatis dicam.

Duo sunt casus quorum finis fuit lethalis, à doctore Rue in inaugurali dissertatione enarrati: illos hic transcribam.

Septima observatio thesis doctoris Rue.

Famula quædam nomine *Guenon* (1), quinquaginta annos nata, operaria, viæ dictæ *des Noyers*, n° 6, incola.

Morbo epidemico intra quintum novembris diem laborans, per octobris nonum diem in atriis clinicis recubuit 1828; ejusdem mensis quindecimo die interempta.

Hæc muliercula primò pungentibus pedum manuumque doloribus lacinabatur. Postea faciei œdema, manuum ac pedum quæ sudoris manè guttulis manabant: corpus omne flavum ut paleæ colorem induerat.

Misera hæc immota, nec manibus, nec pedibus utebatur.

Aculeatus dolor, membranæ conjunctivæ rubor, palpebrarum œdema.

Tussis, mucida expectoratio.

Circà ventriculi regionem, pressione manûs dolor adoriebatur.

(1) Eandem observationem doctor Requin, in diario Bibliothèque médicale nomine typis emendavit.

Nauseæ, vomitus, diarrhæa, pulsus frequens dum membranæ mucidæ afficiuntur.

Curatio. Mitigantes potus, sulphurææ balneæ, opium, cataplasmata cum laudano.

Hæc foemina per diem in quo parentes in Xenodochium admittuntur, ventriculum alimentis saturavit; sub vesperum dyspnæa correpta fuit, et per noctem cum morte per horas frustrâ colluctans interiit.

Sectio cadaveris. Cum summâ diligentia causis morbi per anatomen à doctore Louis indagatis, nil repertum quod lethalem morbi finem explicaret.

In cerebro, medullâ spinali, extremitatum nervis, neurilemate articularum, cartilaginibus, thoracis ventrisque visceribus, exceptâ vesicâ, quæ liquidum cum pure continebat, nulla videbatur alteratio. Memoratu dignissimum foeminam illam dysuriâ laborasse et urinæ excretionem acutissimum provocare dolorem.

Octava observatio à doctore Rue enarrata.

Mulier quædam nomine Cordier, sex et quadraginta annos nata, sarcinatrix, viâ *Montmartre* n° 30, habitatrix.

Morbo populari, vigesimo septembris die 1828, correpta, in atriis scholæ clinicæ octavo novembris die recubuit.

Invasio. Acriores per noctem pedum quàm manuum dolores.

Ineunte morbo, apyrexia; sed sesquimense elapso, phthisi, quæ hæc foemina intabescebat, progrediente, hectica febris et diarrhæa supervenerunt.

Sensus acris, pellis lucida, extremitates digitorum mollissimæ, tactus hebetudo.

Nec ambulare, nec suere quit, etc.

Pungens dolor, conjunctivæ membranæ rubor. Ab epidemiæ invasione sputorum tabidorum largior ejectio; alvo manu compressâ ægra non dolet, attamen diarrhæa.

Remedia ante ingressum in caritatis Xenodochio. Mitigantes potus, opium, balneæ, cataplasmata, linitus.

Dum in hospitio commoratur ægra, demulcentes potus, sulphurææ

balneæ; duo cauteria in lumbis applicantur, duo etiam in imæ cervicis fossæ lateribus.

Insignis pedum et manuum doloris mitigatio; ægotans suere posse dicit. Sed in gravescentibus continuò tabis certioribus signis, obiit decimo quinto die decembris 1828.

Sectio cadaveris, sex et triginta horis post mortem elapsis, à doctore Dalmas peracta.

Corporis extûs examen.— Summus macror.

Caput. Serum in ventricularis cerebri effusum, cuticula quædam in super linguâ; nullæ in œsophago texturæ alterationes, nec in faucibus nec in spiritûs meatu videbantur.

Thorax. In pulmonibus tubercula variabant aspectu; in sinistro pulmone maxima erat excavatio; pleuræ costis inhærebant; cor parvum pallidumque, nihil in ventriculo aut in teretibus intestinis; rubor in largioribus et villosæ membranæ malacia, apparebant.

Medulla et illius tegumenta, brachiorum, crurum, nervi cervicis et lumborum plexus; tandem superiorum et inferiorum artuum nil quod tangi poterat præbebant.

TERTIA OBSERVATIO.

Medullæ spinalis læsio.

Est alius quidam casus memoratu dignissimus, qui doctoris Piorry atriis in hospitio ad anilitatem instituto observata est, et domino Bosc, interno domûs alumno, in lucem editus (1).

Ægotans nomine Maria Magdalena Regnault, quatuor et sexaginta annos nata, operaria (viâ Saint-Merry, n° 20), corpore optimè constituto, sanguinosa, primò in hospitio Misericordiæ dicto recubuit, octobris tertio die mensis 1828. Ab initio Augusti torpore pedum cum calore et rubore cruciabatur, istud quidem haud grave symptoma, non ægotantis mentem occupavit, spontè pluribus frigidis balneis usa est, quæ nihil manifeste saltem morbum mutârunt. In gravescente morbo, laborem deserere coacta, in hospitium Misericordiæ dictum ingressa est.

(1) *La Lancette*, Tom. 1^{er}, n° 98.

Symptomata quæ doloris in pedibus manifestationem præcesserunt, adeò parùm apparuere ut ne ea quidem ægotans arguerit. Pedes admodùm teneri erant, intolerabilia lecti calor et stragulorum onus; macule erythematosæ in toto pedum ambitu aspiciabantur; tumor, si fortè existebat, parùm intensus. Hoc tempore, locomotilitas non impediabatur nisi dolore quem afferebat membrorum in solo applicatio; quanquàm ægotans semper lassitudinem quamdam, et quasi fracturam in cruribus femoribusque, cum molestis cõtinuisque formicationibus, sensit. Pleraque hæc incommoda nocte graviora fiebant, et intolerabilis pedum ardoris sedandi causâ, ægotans è lecto pedes, ut frigida tangeret, dejiciebat.

Curatio adhibita, in membrorum et rachidis frictionibus cum tincturâ è nuce vomicâ, quod medicamentum intùs quoque administrabatur, et in balneis sulphureosis consistebat. Hæc ægotans, ut omnes ferè qui, curante doctore Serres, in hospìtio Misericordiæ dicto curati fuere, valetudinis meliorem statum ex sulphureosis balneis semper consequabatur; tunc quoque se minùs torpore et crurum inertia laborantem profitebatur. Tinctura è nuce vomicâ in frictionibus administrata aliquid levamenti quidem, sed illud instantaneum, producebat; et hanc levationem medicamentosæ actioni nucis vomicæ minùs, quàm frigori ex alcoolis evaporatione provenienti, attribuendam esse mihi visum est.

Cæterùm, hoc levamen instantaneum non constans fuit. Rubores quidem aliquoties minores facti, squamationibus locum dederunt; verùm quo tempore sensibilitatis exaltatio in morbi primordiis observata disparebat, eodem locomotilitas minuebatur, imò post tres menses nulla omnimodo in membris inferioribus et trunci musculis facta fuerat; ægotanti enim nisi cum magno conatu in lecto sedere licebat.

Eadem ex hospìtio Misericordiæ in hospìtium dictum *de la Salpêtrière*, mense februarii 1829, fuit translata; tunc completâ paralyti laborabat; rubores, formicationes, sensibilitatis exaltatio disparuerant; exstabat solummodò motùs paralyti, nec membra, nisi cum moverentur, doloribus cruciabantur.

In osse sacro escarrhæ apparuerunt, quæ eò rapidiorem extensionem cœperunt, quò minùs se faciliem ægotans præbebat positionum mutationibus queis eam subjicere necesse erat. Escarrhæ mortem attulerunt.

Sectio cadaveris. In thoracis abdominisve visceribus nulla apparuit læsio. Per unius inferioris membri nervos, arterios venasque usque ad extremos pedis ramos indagata sunt vestigia morbi, nec quoddam memoratu dignum observatum fuit. Sed in auricam partem solam medulla spinalis à septimo nervorum pari dorsi usque ad auctam medullæ lumbarem amplitudinem et paulò inferiùs, albam mollitiem sine ullis vasorum vestigiis præbebat. Haud unius modi erat mollities ista; in quibusdam locis intùs solum apparebat, altiùs in aliis mollities diffluentem formam tenebat; subjacens pia-mater injectione in respondentibus locis magis tingeatur; attamen sana erat.

DE CAUSIS.

Prædispositiones. Homines frequentius fœminis puerisque præsertim morbo corripuntur. A julio ad decimum octobris diem, anno 1828, tres et sexaginta homines et duo et triginta fœminæ per varia hospitia sparsos fuisse à doctore Gendrin enarratur: ab eodem mense ad vigesimum quartum novembris diem 146 ægotantes à doctore François ex quibus novem et viginti fœminæ et 117 homines indicabantur.

In mulieres crudeliùs malum sævit, etsi rariùs morbo corripiantur; hæc singularis cum colico dolore similitudo notatu digna est.

De efficientibus ex conjecturâ, epidemiæ causis. Epidemia parisiensis cœli vitio, vicissim que locis, cibo et potui, præsertim pani et solanis tuberosis attributa est. Primùm de conditionibus meteorologicis dicamus: quòd si indè penderet epidemia, eam multò latiùs grassaturam fuisse mihi videtur; vim frigoris nec non humiditatis sensère, cum post excubias numerus ægotantium augesceret. Nec aliud ampliùs de hoc notum. Nunc veniamus ad loca: quamvis constet fetidas emanationes imprimis in Curtillâ subortas esse, huic soli causæ epidemiæ assignari non potest; nam contubernio refecto, rursùs adfuit pestis. Morbus præterea valetudinarium Mariæ Theresiæ, locum quidem saluberrimum, occupavit. Transeamus ad alimenta:

De hoc omnia ferè incerta sunt; licèt autem frustrà in rem diligenter inquisitum fuerit, fortè hæc causa non omninò rejicienda est. Illud me

in hac sententiâ firmiorem facit quòd me hanc Thesim componentem janitrix quædam vici *Neuve du Luxembourg*, n° 23 dicti, quæ hoc morbo laborabat consultum venit; totum nempè corpus, facie exceptâ, invaserat eruptio. Interroganti mihi an panis quem edebat salubris esset, statim et promptè respondit: *subamarum esse et in pulverem solutu facilem*. Quùm invitata cràs rediit, potui, gustato pane, hanc vera dixisse agnoscere. Addo hunc panem nescio quid dulciculum olere et pane vulgari acidiozem.

Auctor qui in diario *Universali* dicto de *Epidemia parisiensi* varia scripsit, aut arte, aut naturâ farinarum adulterationem epidemiæ causam esse, non omninò negare vult, dicens: « Omnis panis præsidariis Lutetiæ militibus distributus in ædificio unico conficitur, et ex farinis ejusdem generis; ergò si maligna vis inesset, pariter affiendi fuissent ii omnes qui eo vescuntur. » Ad hæc respondebo, primùm probandum fore farinas ejusdem generis fuisse; quæ ejusdem pretii esse possunt, quod annonæ comparandæ præpositi quærunt, nec pariter lautæ. Prætereà fieri potest ut variæ farinæ consultò aut inconsultò commixtæ fuerint. Omnes fortè ejusdem anni non sunt. Multa alia causas faciunt dubias et incertas: supervacuum verò nobis in hâc thesi videtur investigare, cùm id nihil certum afferre possit. Speremus laborem Professorum *Chomel et Rullier* quibus negotium fuit datum, ut hâc de materiâ ad Medicinæ Academiam referant, feliciorem fore, ut potè qui angustis temporis limitibus non circumscripti fuerint.

Baglivi autem præclare profectò dixit: « Origines namque morborum et causæ longè abstrusiores sunt quàm ut humanæ mentis acies eò usque penetrare possit, sæpiusque natura novum opus exorditur, ubi, conatus nostri desière. »

De *Solanis tuberosis*. Professori *Recamier* in his oleribus epidemiæ causam deprehendere placuit; de hoc verò nihil comprobatum. Non tùm primùm tamen novum solanum tuberosum casus adversos attulisset. De his dixit *Jussieu*, novissimè tandem (1825) doctor *Bourgeois* (1) commentarium de casibus ex his oleribus ortis in lucem edidit.

(1) Sur les accidens vénéneux produits par la pomme de terre nouvelle. (*Journal général de Médecine*; juillet 1825).

De *Potu*. Id quoque incertum ; velim tantum, cum omnes de cæteris partibus investigationes irritæ fuerint, considerari an vilis cervisia quâ largiùs utitur parisiensis plebecula, istius generis casus afferre posset.

Accidentales Causæ. Minimè inficiandum quantam vim habeant : nam plures semper ægrotos, proportionè servatâ, inter milites qui excubias egerant videre erat quàm inter cæteros. Effectus etiam strenuus adeo erat et manifestus ut argumentum ; *post hoc ergò propter hoc* hic certum evaderet.

Vis ista conditionum aëris, nocturnique frigoris necnon fatigationis constanter inter militares viros observata ; utque de recentiori epidemiâ loquamur certis auctoribus accepimus in epidemia Gebaltaricæ cæteris paribus, ægrotorum numerum inversâ lege graduum militarium fuisse.

In præsentî epidemia, vulgare genus, pauperes uno verbo, longè frequentius quàm divites malum invasit. Semper igitur hæc veritas commentariis statisticis constanter comprobata recurrit et patet : salutem omninò à fortunarum statu, id est à desideriis naturæ expletis, sæpissimèque sanitatem vitamque ipsam in pecuniâ sitas esse.

De *Contagione*. Nullum est. — D^r Robert massiliensis morbum parisiensem eundem esse, qui per Antillas grassatus est, affirmat.

Quæ sint sedes et morbi natura.

Quænam verò hujus morbi natura est ? frequentius signa morbi ventriculi unâ cum œdemate aut erythemate in primâ morbi periodo observata sunt, quàm ut primigeniam sæpè et præsertim inter milites digestorii tubi perturbationem num agnoscere liceat. Verùm inflammationem aut irritationem ne dicam, an neurosim ? Ut hanc quæstionem solvamus, symptomata per vitam morbi cum causis post mortem per anatonem indagatis comparemus. Signa anatomico-pathologica nihil nobis de inflammatione afferunt ; nam largiorum intestinorum malaciæ indicia in unâ ex mulieribus defunctis deprehensa apud phthisicos in extremâ morbi periodo occurrere solent ; et verò mulier illa phthisica erat. Apud duas alias nulla exstant digestorii tubi perturbationis vestigia.

Nunc autem loquamur de symptomatibus ex nervorum systemate obortis. Cùm fornicationes, tendonum subsultus, variique motus spastici per vitam in cadaverum sectionibus mentes ad nervorum systema convertissent, inciderunt membrorum nervos, et duos apud ægros nulla perversio æstimari potuit. In tertiâ observatione quam retuli, cernere fuit spinalem medullam mollem diffluentemque. Hoc factum adhuc unicum significaret causam morbi in medullâ spinali esse collocandam.

Quod ad cutis læsiones pertinet, minùs altè descendunt quàm ut anatomia pathologica aliquid nobis afferre possit.

Ex sectionibus relatis nùm dijudicare possumus utrùm morbus sit inflammatio, an neurosis? Equidem id non credo. Animadvertamus tantùm, licèt ingeniosissima sit opinio quam Lallemand professor Montpellienensis defendit, nervorum malaciâ non semper inflammationem argui. Vox autem *neurosis* quæ perturbationem idiopathicam functionum sine gravi partium structuræ offensione, et sine motore materiali exprimit, minimè hoc loco usurpanda est, cùm sit læsio.

Cæterùm omnis verbi *neurosis* definitio, nihil habere potest quod certum sit, nisi hæc voce significetur: omnis morbus, qui nullum relinquens vestigium quod agnoscere possit anatomia pathologica, nervorum tamen ex systemate obortus ducitur. Non multò rectiùs esset, me quidem iudice, morbum, si vocaveris irritationem nervorum systematis: quippè hoc verbum definitum non est, vel ab illis qui sæpissimè eo utuntur. Doctor *Broussais* definivit irritationem in opere, quod magnâ in famâ fuit, cuique inscriptum *de l'irritation et de la folie*, dicens: *Enfin, lorsque l'irritation ou la stimulation sortent des limites de l'état normal, elles rentrent dans ce que nous appelons irritation* (1).

Facile intelligitur, quàm parùm certa sit hujusmodi definitio et quàm latum cui libet ingenio volenti campum præbeat; cæterùm hæc definitio nihil novi habet, nam proximè ad opinionem *Baglivi* (2), de irritationis causis accedit: *Igitur inter solidum et liquidum currens debitum esse debet equilibrium et proportio in imprimendo impetu et in eodem contrâ recipiendo; quòd si alterum ab altero superetur, vel liquidorum concre-*

(1) Opere citat, p. 4.

(2) *Tractatus de fibra motrice et morbosa*, editio tertia, lib. I, p. 137, Lugduni, 1703.

tiones, vel contra solutiones nimiae nascentur: variaeque circa solida ipsa affectiones.

Cui libet locum legenti, in quo *Baglivi* sententiam suam explicat compertum est opinionem ejus doctoris *Broussais* opinioni affinem esse; nobis verò ignota prorsus est irritationis natura; et quamdiù anatomiam intimam partium structura non magis illustrata fuerit, hoc verbo multa phaenomena quae nos effugiunt, designabuntur. Indè intelligetur abundè irritationem hodiè definiri non posse, naturamque ejus planè esse ignotam.

Ex symptomatibus lenta intoxicatio morbus videtur. Inflammatio à causis interiùs viscerum excitata magis acuta et tenacior, quàm in illo morbo et illam ut plurimum comitatur febris.

Inflammationis ipsius definitiones et theoria adeò incertae sunt, exceptis tribus conditionibus vulgò nominatis tumore, rubore et calore, quae sunt certiora istius morbi signa. Sed nunc ruborem solum, inflammationis multi anatomico-pathologicum signum sufficienter certum habent. Ergò verbum *hyperemia* novissime creatum sat justificatum quia nullam praëjudicatam opinionem aut rejicit aut admittit, et statum quemdam multis causis tribuendum et examinandum indicat. Cur tot viris dubitatio difficilis? Hæc veri impatiens vividaque ingenii humani propensio ad systemata et veritatem inadagandam feliciter sæpè cedit ut eam tristioribus verbis insectemur.

Quis locus cutis affectioni in nosologicis tabulis assignandus sit.

Haud immeritò plures medici parvi momenti duxerunt proprio nomine signare morbum, qui nuperrimè grassatus est, sed alii cupidiores nomen imponere voluerunt. Hunc quidem professor *Alibert* (1), *Biect* vocaverunt *erythema epidemicum*. Doctor *Broussais* (2) verò, *Vallis-Gratiæ* hospitii militaris morbum, gastro-cutaneam, acutam, et multiformem phlegmasiam.

(1) *Journal général*, Tom. C. V (octobre 1828), p. 103.

(2) *Annales de la médecine physiologique*, Tom. XIV (sept. 1828), p. 261.

Doctor *idem* Broussais cutis alterationes nomine erysipelatis insignit, quas recentius *sub-erysipelatem* aut *epidermiam* nuncupat.

In hospitio Vallis-Gratiæ nec labeculas medici nec rubrasprehenderunt maculas.

Doctor Broussais, cùm in diario suo summatim tantum de morbo loquatur, non dicit quibus signis propriis notanda sit cutis læsio, quam erysipelatem aut *sub-erysipelatem epidermiamve* vocat. Satius erat proprium morbi nomen servare Erythemaque nuncupare; absit ut doctorem Broussais incusem, fieri autem posset ut quis erysipelas erythemati permisceret; ideò hìc herum affectionum collationem a Francisco Sauvages apprimè factam referam: in erysipelate est febris acuta, ægritudo gravis, seu morbus; erythema est sine febris graviumque symptomatum satellitio. Erythema est tumor superficialius, solitarius, diffusus, rubroroseus, pressione evanescens, glabritie uniformi præditus, nisi phlyctenis exasperetur, et calore acri urenti, vel pruriginoso comitatus, qui non ad suppurationem, sed ad cuticulæ separationem spontè vergit. (1).

VARIA REMEDIA CONTRA MORBUM ADHIBITA.

Enumeratio.

Pervaria remedia fuerunt. Sanguinis emissiones generales quandoque, ineunte morbo, præsertim existentibus ad encephalium vel pulmones congestionibus adhibitæ sunt. Quolibet in alio casu, id momentaneo fuit levamento, sæpè quidem postea malum auxit.

Hirudines abdomini impositæ, nec dolores nec diarrhæas sedaverunt; contra, ad pedes applicatæ, erythema cohibuerunt, torpore et formatione perseverantibus. Felicissimus eventus illarum copiosas applicationes secundum rachidem secutus est; eo modo in Misericordiæ hospitio plurimorum ægrotantium sanitas restituta fuit.

Cucurbitulæ, scarificationibus adjuvatæ, maximo etiam auxilio fuerunt.

Balnæ aquosæ, etsi utiles fuère, numquam tamen ominò sanavère. Balnæ cum vapore, sive emollientes vel aromaticæ, sive sulphurosæ, pro-

(1) Nosologia methodica sistens morborum classes, auctore Francisco Boissier de Sauvages; Tom. I, paginâ 137.

sperè præscriptæ fuerunt in nosocomiis dictis *de St.-Louis et de la Charité*, à professore Chomel ergà ægrotos apud quos nulla alia ratio valuerat.

Lotiones emollientes solæ numquàm pedum erythema sedaverunt, è contrario illarum usurpatio, acetate plumbi adjuncto, fermè semper perutilis evasit; synapisma pediluviaque irritantia adversùs torporem nullo modo profuerunt. Frictiones adipe, præsertim axungiâ, sæpissimè fornicationibus internisque membrorum doloribus levamini fuerunt.

Moxæ, secundùm rachidem appositæ, apud quosdam ægrotos utiles, sæpiùs verò inutiles fuerunt.

Vesicantia, pæcipuè suppurantia diutissimè, feliciter adhibita sunt, apponenda verò juxtà partes dolentes vel ad rachidem, et quotidie unguento ammoniacali irritanda.

Internæ præparationes etiam usurpatæ sunt. Tartras stibiatus, ineunte morbo, quandòque profuit; ratio medendi dicta *de la Charité*, aliæque purgantes medicationes quotiescunque adhiberi potuerunt, præscriptæ fuère, et identidem non improspere D^r *Rullier* illis adjunxit narcotica, et nunquàm ex illorum usu adversi effectus, quos eccroprotica sola producere, observavit.

Belladonna, nux vomica, assa foetida, valeriana, quamvis magnâ dosi administrata, rarissimè sunt prosperè adhibita. Opium ipsum, licet ægotantibus quietem attulerit, dolores, fornicationesque sedare nequivit et quidem diarrhæam augere interdùm visum est.

Pulvis Doweri in nosocomio, dicto *Saint-Antoine*, feliciter etiam præscriptus fuit: sulfas kininæ, cùm morbus periodicè cessaret atque reverteretur, pluriès usurpatus est, nullo vero modo profuit.

Ex his sequentes indicationes deducendæ videntur: cùm morbus à locis pendet, mutanda statim habitatio, si adsit. Si plethora aut febris, emissio sanguinis plus minusve copiosa, pro ægotantis viribus, symptomatumque gravitate, abhibebitur, sed rarissimâ venæ sectione utendum. Quies, balnea, sive generalia, sive localia acetate plumbi medicata, frictiones adipe; abstinentia, sive juscula subacida præscribentur et præsertim copiosi et calentes potes ad sudorem vellicandum, aut eruptionum, sed temperaturâ solâ, quantitateque potuum et balneis simplicibus aut sulphurosis hæc provocare vellem quàm excitare sudorificis medicaminibus: illis utendum cùm natura propensionem ad illam viam indicat:

Progrediente morbo, torpore atque doloribus accrescentibus, hirudines cucurbitulæque, scarificationibus adjuvatæ, secundùm rachidem apponentur. Si supervenerit constipatio, eccoprotica, narcoticis temperata, administrabuntur, sed memorandum in colico pictonum insanabili dolore, purgantiabus morbum exacerbatum. Pro re natâ, vesicantia ad vertebra, atque secundùm trajectum nervorum lumbo-sacrorum applicare necesse erit. Balnea vaporosa, sive aromatica, pulvisque Doweri vicissim usurpabuntur. Opium ad agrypniam sensibilitatemque nimiam cautissimè subministrandum est. Tandem, si paralysis his supradictis medicationibus resistat, electro-puncturæ recurrendum erit; sed in quibusdam etiam casibus inutile fuit. Tandem, moxa superat quod non ignis sanat.

Curatio à doctore Broussais instituta (1).

Ab initio, remedia antiphlogistica adhibita fuerunt, immoderatâ tamen debilitatione vitatâ nimiâque festinatione cibum præbendi, primarum viarum per vim provocatis purgationibus, cortice peruvianâ aliisve medicaminibus nomine corroborantibus repudiatis. Tunc brevior phlegmasia faciliusque evanescit, ut ait D^r Broussais: in quibusdam casibus haud negaverim hunc medendi modum aptum esse. Hæccine unica spes est? Equidem opinor morbum in priori gradu variis modis curari posse; nec desunt exempla.

Professoris Recamier remedium.

Fertur Dominum Recamier (2) efficaciter usum esse succo rumicis; et indè militarem quemdam chirurgicum ægrotantes quingentos ex septingentis sanavisse in Ursinensi contubernio (3). Probato etiam facto (quod quidem mihi dubium videtur) recognoscere necesse esset quis fuerit morbi gradus apud ægrotos. Rem mihi probare ipsis in locis volenti tempus defuit.

(1) Annales de la médecine physiologique, 9^e et 10^e fasc., 1828.

(2) *La Clinique*, Tom. III, n^o 95.

(3) *Ibidem*.

Nunc de curatione in genere.

In *Vallis-Gratiæ* dicto nosocomio brevior esse morbum dicitur, cum antiphlogisticis debellaretur. Illud sperare vellem; sed num apud milites eadem fuit morbi sævitia?

Illis citius artis auxilia afferuntur quam cæteris nosocomiorum incolis qui ferè omnes laboribus indurati vulgòque parùm de valetudine suâ solliciti, malè vestiuntur, et, insalubribus vescuntur cibis. Hi infelices civilium nosocomiorum incolæ, antè ingressum, totâ vi fortuitarum causarum opprimuntur. Purgationibus, curatione dictâ *de la Charité*, sanati sunt quidam, alii opio: quid multa? Mens in dubio hæret.

Ex his omnibus, una res pro certo est, scilicet in tantâ adhibitorum remediorum varietate, nullum esse quod constanter prodesse constet. Quanquàm hæc interdùm non nihil levamenti aliquandò pro uno non nunquàm et integram attulère.

Sapientissimum et ingenio philosophico proprium indicationes perlustrare; hoc antiquæ et veræ Hippocratis medicinæ consilium; naturæ conatur, præsertim in experientiâ mentis aciem intendere necesse est.

Hoc modo dichotomica systemata effugimus; et illustris Baglivi aureum dictum sequimur: « Medicus naturæ minister et interpres, « quidquid meditetur et faciat, si naturæ non obtemperat, naturæ non « imperat. »

 (SECTIO SECUNDA).

In quâ 1° digestoriarum viarum symptomatibus morbos præcipuè affines; 2° nervorum symptomatibus morbos etiam præcipuè affines conferre conatus sum.

DE COLICA PICTONUM.

Synonymia. Colica Pictonum, *Citois*; Colica Danmoniorum, *Huxham*;

Rachialgiæ, nomen metallicæ colicæ imposuit *Astruc* (1), undè *Sauvages* morbum nostrum Rachialgiam vegetalem nuncupavit; Colique de Madrid *Luzuriaga*, *Larrey* (2), *Thierry* (3), *Libron* (4); colique végétale, *Mérat* aut *colica pictavensis* ad vitanda consonantia verba : *colica pictonum* et *colica pictorum*.

Vegetabilium quæ per homines grassatæ sunt colicarum chronologicum indicium.

Incerta apud antiquitatis auctores vestigia, propriaque metallicæ vegetalisve colicæ signa non indicantur (5).

Apud Araboskaly-Abbas, Avicenna (6) colicæ sine febre descriptionem enarravit. Inter recentiores attamen, P. Milo, cum eo nomine medicinam Lutetiæ faceret in aliquot ægros hoc morbo implicitas incidisse, non ita eoloci adhuc observatos pluribus medicis, quasi expressa colicarum pictonicarum exemplaria indicasse, enarrat Citesius. Sexaginta antè annos, Joannes Fernelius cum febribus quartanis quosdam colicos dolores finiri vidit in Paralysis, colicum dolorem transire eodem ferè tempore familiare profitetur ut Britonibus, *Lutetiæ verò rarum*. Nec non in Picardiam Droët colicos dolores, 1572, præsertim Abvillæ, in quodam virginum cenobio cui nomen Casa-Dei. Nam, præter alias Europæ regiones, in quibus siluerunt medici, Moravia, Silesia, maximaque inferioris Germaniæ pars laniatum ejus et crudelem morsum expertæ sunt, ut ex Langii epistolâ (7), quam de terminibus à febre relictis 70 annos conscripsit, perspicuum.

(1) *De Rachialgiâ. Thesis.*

(2) Mémoire sur la colique de Madrid. *Mémoires de chirurgie militaire*, Tom. III, p. 170.

(3) Observations de physique et de médecine sur l'Espagne. 2 vol.

(4) Dissertation sur la colique de Madrid. Inauguralis dissertatio in saluberrimâ facultatis pariensis fensa. Anno 1809.

(5) *Celsus, de re medicâ*, lib. V; Didot editio. — Galenus, *Method. med.*, Tom. VI, p. 301. Aretæus, lib. I.

Paulus ab Æginetâ. *De Re med.*, lib. V.

(6) Cap. 6, lib. III.

(7) *De luis venereæ*, cap. 7.

(8) Lib. II, epistola 38.

De paralyſi ex colicâ, anno 1582, à Cratone ſcriptum eſt (1). Riolan, pater aut filius, incircâ Lutetiam Meloduni hunc morbum adnotavit. Dulaurens, Nicole, Savanarola, Benoît, Arculan multique alii paralyſim ex colicâ obſervâſſe certum, ſed mihi videtur ad metallicam pictorumve potiùs quam vegetalem quæ ſcripſerunt attinere. Inter alios Fernelius, exempli gratiâ, de pictore Andegavenſi quem morbum metallicum negavit. In anno 1639 tandem locupletioſam et integram colicæ pictonum deſcriptionem peregit.

Citeſius, Ludovici decimi tertii et Cardinalis ducis de Richelieu medicus, facultatisque pictavenſis decanus, poſteâ multa de hoc morbo typis multi mandarunt medici, inter quos præſertim Huſcham anno 1724; Tronchin, 1757 (2); Bouvard, 1758 (3); Baker (George), 1767 (4); Bonté (5), 1761, 62 et 63; 1745 et 1761, Fourrage (6); ſagacium fideliumque exploratorium Dehaen et Stoll (7) alumnus; Dehaen ipſe in 1771 (8); Luzuriaga (9); et recentiſſimè, id eſt 1812 annis, Mérat (11).

(1) *Cons.* 10 et 11, epist. 3 et 4.

(2) *De colicâ pictonum*. In-8°. Genevæ, 1757.

(3) Examen d'un livre qui a pour titre : *T. Tronchin in Academiâ Genevenſi medicinæ professoris colligii medic. Amſtelodamensis olim inspectoris, de colicâ pictonum*; par un médecin de Paris. In-8°, Paris, 1758.

In hoc libello à Bouvard edito amarulentisque jocis referto, et quaſi ſcriptorium furtum ab acri animadverſore habetur, et comprobatur nil novi à Tronchino Citeſſii diſſertationi additum fuiſſe.

(4) *Essay concerning the cauſe of the endemial colic of Devonſhire*. In-8°; Londres, 1767.

(5) *Récherches ſur la colique de Poitou*. (In vol. XV, XVI et XX, *Journal de Médecine* de MM. Vandermonde et Roux. In-12; Paris, 1761, 1762, 1764).

(6) *Diss. de colicâ Pictonum*. Herbipoli, 1771. (In *delectu opusculorum medicorum collecto a Joanni Petro Frank reperiuntur, tertio volumine*. In-12; p. 248; Lipſiæ, 1791).

(7) *Ratio medendi*, Tom. II, 1778.

(8) *De colicâ pictonum*. In tomo II°, part. 3; *latio medendi*, p. 367. Paris, 1771.

(9) *Dissertacion medica ſobre el colico de Madrid*. In-8°; Madrid, 1796.

(10) *Traité de la colique métallique, vulgairément appelée colique des peintres, des plombiers, de Poitou, avec une deſcription de la colique végétale, et un mémoire ſur le tremblement des doreurs ſur métaux*. (1 vol. in-8°, 2° édit.; Paris, 1812).

Causæ.

Ex aere et aliis meteorologicis conditionibus, ac ex alteratis potibus, pomato, et cerevisa morbum oriri Citesuis et multi agnoscunt. Hypothesim vix indicandam admittebat Starck, Maguntix medicinæ professor, scilicet arthriticum quoddam vitium a podagrâ discrepans visceribus affixum dicebat.

Colica Pictonum à Francisco Citesio descripta (1).

Novus dolor colicus ab acerbissimis à bile, ut creditum est, cruciatibus, biliosus dictus, ortus est, atque etiamnum grassatur. Eorum quos attingit corpora, veluti sidere percussa, ex pristino repente statu dejicit, pallor vultum decolorat, extrema frigent, *languent vires*, animus inquiet, corpus anxium, *vigiliæ assiduæ*, Lipothymix, seu potius *cardialgiæ frequentes*, *appetentia prostrata*, *nausea perpetua*, *ructus*, *vomitus*, isque porraceæ et æruginosæ bilis, qui nisi succedat, singultus creberrimus miserum ægrum fatigat, sitis inexhausta, stranguria molesta, et quæ calculum sæpius mentitur : *hypochondria æstuant*, *interdum sine febre*, *sæpius cum febre lentâ*, et QUOD TOTIUS MALI CAPUT EST, ACUTISSIMUS VENTRICULI, INTESTINORUM, LUMBORUM, ILIUM ET INGUINUM DOLOR EXCRUCIAT : *quas partes interdum simul et semel, interdum alteram tantum vehementius exercet* : sæpè, per initia præsertim *cum alvi frequenti*, *sed non ita copioso fluore*, *sæpius cum ejusdem adstrictione*. Mox propagante se veneno, aut saltem vapore acri à materiâ morbificâ suscitato *humeri, mammæ, totumque pectus velut aculeis vellicantur, punguntur, lancinantur*; Modò verò crura et os sacrum : *nec desunt quibus plantarum dolores crudelissimi, motu illæso, ventris dolores sequantur, vicissimque acerbius renouent*. Et post tot ærumnas, mirum dictu, æger jam melius secum agi credens, ventris quippè doloribus utcumque remittentibus, *brachia et pedes resolvi persentiscit, et illam, quæ totos infusa per artus molem agit, vim frangi percipit*.

(1) De novo populari morbo apud Pictones dolore colico bilioso diatriba *Francisci Citesii*, etc. — *Opuscula medica*. In-8°, Tom. XVII. Parisiis, 1639.

*Cubiti et manuum, tiliarum et pedum motus perit, integro tamen sensu, eoque veluti pungentis acus per totam cutem. Hanc paralysem in ple-
risque præcedunt epilepticæ aliquot convulsiones quæ olim multos nunc
rariores è medio tollunt. Eas ingruentes præmonstrat plurium horarum
cæcitas, mente adhuc constante; sæpè etiam ipsa solitaria manet, et
per septem vel circiter dies perseverat, nullâ aliâ sensuum functione,
præterquam visione interceptâ; tuncque dolores aut nulli sunt, aut le-
ves, sensimque mitigantur, si tempestivis et opportunis remediis causa
subducatur. Alioqui dolor exacerbatur, et epilepsia, magno cum ægri
discrimine, recurrit. Qui verò à tot tantisque malis, diligenti curantium
operâ, supersunt, *diutiùs lecto affixi, et partium omnium, infrâ caput,
paralysi affecti vires paulatim recuperant, et post aliquot menses, suâ
artibus vi aliquantisper restitutâ, per vicos veluti larvæ, aut arte pro-
gredientes statuæ, pallidi, squallidi, macilenti identidem conspiciuntur,
manibus incurvis et suo pondere pendulis, nec nisi arte ad os et cæ-
teras supernas partes sublatis, ac pedibus, non suis, sed crurum mus-
culis, ad ridiculum, ni miserandum, incessum compositis, voce clango-
rosâ et streperâ. Nec omnes tamen manet eadem sors, adeò varia est et
mutabilis hujus protej forma, cui tamen non deest aliqua etiam ratio.
Nam qui salutarem panacæ tutelariorum opem tempestivè poscunt, et do-
loris magis causis quàm ipsi symptomati remedia aptari sinunt, *is
quidem primo purgantium medicamentorum usu dolor ingravescit, sed
post alternas tum cathartiorum, tum anodinorum vices, mitior tandem
fit atque levior. Sed ne hoc quidem morbum solvit, nisi alvi sponta-
neum et liberale profluvium accedat, quod omnes paralyseos atque epi-
lepsiæ, reliquorumque graviorum symptomatum occasionem præripiat
aut quod rariùs fit hæmorrhoidis vel menstruum copiosius fluat: quan-
quàm tanta est hujus mali pernicia, ut profluentibus etiam menstruis in
mulieribus et hæmorrhoidibus in viris, eo graviùs sæpè insurgat, sup-
pressâ scilicet prædoloris vehementiâ, solemni illâ vacatione antè sta-
tum tempus, undè fit tumor ἀναρροπόδ, quæ ex naturæ lege debueret
esse καταρροπόδ.***

Observatum est aliquandò, *pustulam in extremo pede subortam, quæ
humoris purulenti quidpiam effudisset, hunc affectum perfectè judi-*

casse, qui alios non nisi resolutos, convulsos et exsangués ac sæpius exanimés dimittere solet.

Citesii cæterorumve therapeia.

« Iis quidem primo purgantium medicamentorum usu dolor ingravescit; sed post alternas vices tum catharticoꝝ, tum anodinoꝝ vices mitior tandem fit atque levior. Sed ne hoc quidem morbum solvit, nisi alvi spontaneum et liberale profluvium accedat. » Quosdam religiosæ militiæ sacramento obligatos loci mutatione sanatos enarrat Citesius. Huxham venæ sectionem improbat, contra Astruc laudibus extollit (1).

Emetica et præsertim psychotriam emeticam præcipit, aut purgantia cum apio.

Bonté, apud juvenés, plethoricos vanæ sectionem præcipit, dicit emetica esse necessaria, interquæ vinum stibiatum, demulcentes potus laxantesque indicat. Townes Balsamum tolu, cum paralysis evenit. Bonté, Larrey et recentius Roger quoque sulphurea indicaverunt balnea. Marteau de Granvilliers, qui per inferioris Normaniæ incolas colicam epidemicam grassantem describere voluit antispasmodica et demulcentes potus indicavit et in hospitio Caritatis nomine quod sequuntur medici comprobavit. Eadem de hoc medicandi modo scripsit Bonté, qui in rem præsentem experientia hæc consilia confirmavit.

Curatio Caritatis nomine hospitii efficacior in metallicâ quam in pictonum colicâ. Nunc multi ad vegetalis colicæ curationem, narcotica purgantibus, addunt, ut Stoll indicavit de musculis potibus fotibus, clysteribus ad leniendum, tepidisque balneis utuntur semper medici.

Causæ per anatomen indagatæ.

Citesius, qui sectionem unius cadaveris anno 1592 peregit, tumorem bile plenum in jejuno invenit. Haud memoratu dignissima enarravit doctor *de la Poterie*, qui vegetalem colicam Rothamgi vidit.

Luzuriaga tomenti et mesenterii nigro liquidoque vasa sanguine plena

(2) *An morbis colicæ pictonum dicto, venæ sectio cubito?* In-8°. Parisiis, 1751.

invenit. Intestina paulisper tumida, atram ingluviem et biliosam retinebant; villosa tunica haud inflammata; ventriculus facilibus fluidis distentus erat. In S Colomi scybala erant; jecur tumidum fellis atrovirente bile. De naturâ morbi: inflammationis dubia videntur signa multis, an inflammatio neurosisve certant medici?

SECTIO TERTIA.

De variis cerealibus morbis aut vegetalibus convulsionibus, absque vel cum angrenâ. — Isti morbli cum epidemiâ Parisiensi nervorum symptomatibus præcipuè sunt affines.

Synonimia. — Morbus cerealis, convulsio cerealis, necrosis, cutilaginea, myrmeciasis, convulsio soloniensis, raphania, apud nos ergotisme, convulsion de la...

Kriebelkrankheit, Kriebelsucht, Kornstaupe, Zichendeseuche, Krumme Krankheit, Krummer.

Historiæ summarium.

Morbus cerealis à veteribus haud ignota fuit; nam Theophrastus Eresius (1) in primis, certissima indicat signa hujus morbi quem vocat ἦλος, clavus, *μυκη* ou *μυκης* fungus; adnotat etiam tanquàm seminum præsertim cerealium vitia: *ερυσιθήνην* rubiginem, *ροσάν* nigellam, *ψωρᾶν* tineam, *σφακελισμόν* rubiginem. Julii Cæsaris (2), Galieni (3), Dodonæi (4), Schenk Graffenberg (5) opera non de morbo cereali silent. Inter auctores recentiores Caspar Schwenkfed (6), medicus silesianus, hunc morbum descripsit annis 1587 et 1592; nobis pleniùs præbet commentarium de hâc affectione Facultas medicina marburgensis (7).

(1) Theophrasti historia plantarum, gr. lat. ex recensione et cum notis J. Bodæi a Stapel, nec non J. C. Scaligeri, et Rob. Constantini animadversiones. Amsterdam, 1644, in-fol., fig. *Vide etiam* Sprengel, Histoire de la Médecine, vol. 1, p. 362.

(2) De Bello civili, lib. 2.

(3) De different. febr., lib. 1, p. 322.

(4) Dodonæi observ. medic. exempl. rara, c. 33, p. 82.

(5) Observ., lib. VI, p. 830.

(6) Pheriotrophæum Silesiæ, Liguitiæ, 1604.

(7) Von einer ungewöhnlichen, austeckenden schwacheit, welche der gemeine mann in hessen die kriebelkrankheit u. s. w. nennt. Marbourg, 1597-8. — Opp. med., Tom. II, l. VIII, p. 422. (Observationes de morbo grassante quam hassiani plebei vocant kriebelkrankheit).

Ista calamitas Hasiæ regionibusque circumjectis vastitatem inferens eodem momento totam familiam contubernalem afficiebat, et contagiosa videbatur; clavi secalini effectus hîc tantum agnovit Facultas Marburgensis.

Posteà variis sub faciebus morbus grassans observata fuit, per Woigtland annis 1648, 1649, 1675 (1), per Westphaliam (2) annis 1672 et 1675, per regionem dictam Schwazwald (3), 1693, per regionem dictam Hartz eodem tempore, in Friburgum et per regionem dictam Hanovre anno 1702 (4), per Helvetiam annis 1709 et 1716 (5), Holsatiam eodem tempore (6), atque per Saxoniam (7), per Galliam annis 1630, 1650, 1670 et 1705 (8), per Silesiam, Lusatiam et Saxoniam annis 1710 et 1723 (9), in maris Balticæ littora eodem tempore (10), per Silesiam, 1736 (11), per Bohemiam eodem tempore (12), per Marchiam et Westphaliam annis 1741, 1742;

(1) *Fried Hoffmann*, Med. ration. syst., Tom. II, p. 300.

(2) *Barbech*, Dissert. de morbis convulsivis. Duisburgi, 1673.

(3) *Ephemerides natur. curios.*, dec. 111, an II, p. 300.

(4) *Fried Hoffmann*, med. ration. syst., l. c.

(5) *Scheuchzer*, Miscell. lipsiens, Tom. V. — *Langius*, descriptio morbornenca usu clarorum secalinorum campaniæ. Lucernæ, 1717-8.

(6) *Waldschmidt et Scheffel*, de morbo epidemico per Holsatiam grassante. Kilon, 1717.

(7) *Wedel*, de morbo spasmodico epidemico maligno in Saxoniâ, Lusatiâ vicinisque locis grassato. Jenæ, 1717. — *Longolius* iudicium medicum de corruptione lymphæ per frumentum corruptum; 1717. — *Wilisch*, von der krampfsucht oder spasmodischen Krankheit. Pirua, 1718.

(8) Mémoires de l'Académie de Paris, 1710. Haller, Dissert. med., vol. VII, p. 518 et 551. *J. G. Zimmermann*, de l'Expérience (édition allemande), Tom. II, p. 245 et 247, *S. A. D. Tissot*. — Epistola de morbis ex usu secalis cornuti. Lausannæ, 1764.

(9) *Vater*. *Observationes selectæ de morbo spasmodico populari Sitcho*. Viteberg, 1723. — *Schober*. *Epitome diss. med. de semin. loliaceis et secalis nigri corruptis, varios morbos epidem. A.*, 1722, autumnali et hyemali tempore producentibus, act. crudit. Lips. m. Oct., p. 446. — *Ludolf*, de morbo spasmodico Erfordiæ, 1727. — *Breslauer sammlung von Natur-Medicin und anderen Geschichten*. Collection de Breslau, de médecine naturelle et d'autres objets.

(10) *Act. med. Berlin.*, dec. II, vol. VI, p. 50.

(11) *Satyr. med. siles.* Spec. III, Obs. IV, p. 26.

(12) *Satyr. med. siles.* Spec. IV, Obs. V, p. 35.

1743 et 1744 (1), per Sueciam annis 1745, 1746 et 1747 (2), per Solonienses, in Galliâ, anno 1748 (3), per Potsdam vicinas regiones anno 1754 (4), per Suecorum provincias Smaland et Blackingen annis 1754 et 1755 (5), in Galliam propiùs Atrebatum anno 1764 (6), per Germaniam septentrionalem præsertim in Celle regionem annis 1770 et 1771 (7), per Hassiam annis 1770, 1771 et 1772 (8), per Galliam anno 1772 (9), per Italiam eodem anno (10), per Daniam eodem anno (11), per Schaumbourg regionem anno 1792 (12).

Hic morbi grassantis vastatio stata mox extincta videbatur, cùm ali-

(1) *Comment. Liter. Norimb.*, 1743. VII, n° 3. — *Hoffmeyer*, Sendschreiben von der Kriebelkrankheit. *Lettre sur la maladie spasmodique*. Berlin, 1742. — *Bergen*, *Diss. de morbo epidemico convulsivo*. Francf. ad viadr., 1742. *Haller*, *Sammlung praktischer Streuschriften*. Collection d'écrits polémiques pratiques (édition allemande), 1^{er} vol.

(2) *Rosen de Rosenstein*, *Diss. de morbo spasmodico convulsivo*. Gothoburgi, 1749. — *Linné*, *Diss. de Raphanid.* Upsaliæ, 1763.

(3) *Salome*, *Mémoire sur les maladies que cause le seigle ergoté*. Mémoires de mathématiques et de physique de l'Acad., Tom. II, p. 155.

(4) *Schreber*, *Sammlung verschiedener Schriften*. Collection de divers écrits. Halle, 1756, Tom. II, p. 313.

(5) *Bergius*. *Diss. de epilepsid acutâ epidemica*. Holmiæ, 1756.

(6) *Traité sur le seigle ergoté*, par M. Réad, à Strasbourg, 1771.

(7) *Taube*. *Geschichte der Kriebelkrankheit*. [Histoire] de la maladie spasmodique. Gœttingue, 1782. — *Wichmann*. *Beiträge zur Geschichte der Kriebelkrankheit*. Mémoire pour servir à l'histoire de la maladie spasmodique. Leipzig, 1771. — *Leidenfrost*. *Diss. de morbo convulsivo epidemico*. Duisb., 1771. — *Lentin*. *Beobachtungen einiger Krankheiten*. Considérations sur quelques maladies. Goettingue, 1774, p. 1 à 80.

(8) *Hermann*. *Abhandlung von der Kriebelkrankheit in Nieder-Hessen vom Jahre 1771 und 1772*. *Traité sur la maladie avec formication, dans la Basse-Hesse, depuis l'année 1771 à 1772*. Cassel, 1774. — *Hebel*. *Dissert. de secali cornuto ejusque noxâ*. Gissæ, 1771.

(9) *Tessier*. *Mémoire sur les observations faites sur le bagne*. — Mémoires de la Société royale de Médecine, 1776, p. 417; 1777-1778, p. 587.

(10) *Sangiorgio*. *Diss. s. la gramigna che nella Lombarda infesta la segala*. Milano, 1772.

(11) *Hartmann*. *Bericht und Bedenken die Kriebelkrankheit betreffend*. Rapport et réflexions sur la maladie avec formication. Copenhague, 1774.

(12) *Schroeter*. *Bemerkungen über das Mutterkorn*. Observations sur le seigle ergoté. Rinteln, 1792.

(13) *Lorinser*. *Versuche und Beobachtungen über die Wirkung des Mutterkorns*. Essais et observations sur l'action du seigle ergoté. Berlin, 1824.

quantò post, annonæ caritas famem attulit; et pestem istam in *novâ Marchiâ et Posen* Ducatu rursùs apparuisse dicunt tempore quo nimis perficiebatur, anno 1805. In recensioribus annis non nobis desunt documenta de morbi spasmodici progressu per Westphaliam, Silesiam (propriùs Bunzbau, Sagan, Lauban), per novam Marchiam aliasque regiones.

Etsi vario distincta aspectu varioque modo apparuerit morbus, tantùm observationes auctoribus præstantissimis excerptas exponemus.

Morborum cerealium varietates solùm indicatæ.

Vix interquiescere licet ut tandem ad generalem conclusionem attingam, itaque varia cerealium morborum symptomata haud in hâc thesi luculenter dilucidare queo, ut primùm vellem, et ut priùs de colicâ pictorum feci.

Mihi morborum cerealium symptomata attentè perpendere conanti, has tres infrâ dictas species, varietatemque præcipuam agnoscere potui.

Illas species duntaxat nomine indicabo.

Species pirma. Raphania. — A Linnæo et priùs à Rosen descripta (1).

Species secunda. — Morbus cerealis convulsivus; varietas præcipua ad morbum descriptum attinens à Johanno Leidenfrost (2) descripta fuit, in anno 1782.

Species tertia. — Morbus cerealis gangrenosus.

Forè nullam cum morbo gangrenoso affinitatem præbet epidemia, de quâ scripsimus.

Pauca de causis Raphaniæ et morborum cerealium.

Omnes istorum morborum causæ cum solidis cibus in corpus ingestæ

(1) Raphania quam, præside D. D. Car. V. Linné, pro gradu doctoris proposuit Georgius Rothman, Ph.-M. Smolandus. Upsaliæ, 1763, maii 27. (Amænitates Academicæ Linné; vol. VI, p. 431).

(2) *Leiden frost.* Diss. de morbo convulsivo epidemico Germanorum, caritatis annonæ comite, vulgo die Kriebelkrankheit. Duisburg; 1771. V. Opuscula, vol. I, n° 5. Oeconomische Nachricht von den Multerzapsen oder Mutterkorn des Roggens in duisburger-Anzeigen; 1770, n° 47 et seq.

videntur ; à multis tamen hæc sententia debellatur inter quos jam laudatus auctor Leidenfrost ; plures alii hanc opinionem defendunt, nullus verò magis dilucidè fruges ab infamiâ liberare tentavit. Sed Leidenfrost gangrenam ipse apud ægrotantes observasse fatetur.

Symptomata Raphaniæ et cerealium morborum natura breviter perstricta.

Intoxicationis cujusdam symptomata constanter variæ præbent hujus morbi species, et in multis casibus in rem præsentem venire facile fuit, attamen in quibusdam dubium. Ex solâ naturâ symptomatum ab autoribus argumenta prosecuta sunt.

PARS SECUNDA.

Morbum parisiensem cum cæteris epidemicis plus minusve dissimilibus hactenùs descriptis conferam triplici sub aspectu : scilicet causarum, symptomatum et therapeiâ.

De causis generatim.

Si incertis morbi causis efficeretur tantùm difficilior collatio, tum curâ tum perseverantiâ solutio quælibet fortè reperiri posset, et, de causis, sub eodem aspectu, perpensatis, argumentum præcipuum et generale oriretur ; incertitudo verò ea est quæ ferè impossibilem efficiat hanc perpensationem, etsi remotæ probabilitates obtineri queant. Idcirco primò de symptomatibus, unica questionis parte certa, primò dicendum.

De symptomatibus.

Descriptionis ope factorum suprâ relatorum generalis, symptomatibus morbi cognotis, quæ illorum sunt eorum communia, constantia, ortus

sive initio, sive temporibus variis, progressus, tandemque natura si dignoscatur, nobis præbebunt comparationes inter hos tres morbos.

Therapeia nobis perpauca offeret; paucissima enim sunt curationis exempla manifesta, cum morbus graviter sæviit, et exindè nil nisi obscurum educi posse timeo.

Varia morborum symptomata inter se collata.

Si, adhibitâ analysi philosophicâ morbum comparemus vulgò dictum colicam pictavensem, convulsionem cerealem et epidemiam parisiensem apparebit unumquamque ex duobus aut tribus elementis constare, aut, ut recentioribus verbis utar, duas aut tres invicem sedes habere; digestorias vias, nervos et cutem.

In colicâ pictorum, seu neurosis, seu inflammatio habeatur, digestoriarum viarum læsio præcipua est, nervorum autem systematis, gravissima licèt, secundaria. In hoc quoque morbo observata est quidem, exiguis verò characteribus cutis alteratio. In convulsione cereali patet quidem alteratio viarum digestoriarum in quæ tamen organa non imprimis agit causa lethifera, sed specialiter in systema nervorum, cutem propriamque membrorum texturam: indè convulsiones, paralysis, gangrena, etc.

In parisiensi epidemiâ similiter apparent eadem membrorum elementa, id est læsio viarum digestoriarum quæ frequentius haud protrahitur, nisi incautâ curatione ingravescat; atque ex alterâ parte, læsiones et systematis nervorum et cutis. Sed gastrica symptomata minùs ibi prominent quàm in colicâ pictavensi; exanthemata, aut potiùs erythemata frequentiora, nervosa etiam minùs quàm in convulsione cereali. At imprimis in epidemiâ parisiensi nervorum symptomata à convulsionis cerealis aut necrosis ustilagineæ symptomatibus in hoc differunt quòd in illâ ad paralysis sit inclinatio, quæ enim sæpè accidit; sed potiùs huic autem propriæ sunt succussiones et convulsiones et gangrena ut nomine indicantur et quod ad alterationem cutis, ad erythema vesiculosum, epidermis et unguorum lapsus, talia symptomata longè cedunt phenomenis gangrenosis quæ in convulsione cereali cum gangrenâ oboriuntur. Attamen quamdam affinitatem esse cum erythemate mihi videtur.

Sic, ne plura dicam, viarum digestoriarum perturbatione simul et inclinatione ad paralysem proxima foret epidemia parisiensis *colicæ pictavicæ*, nisi hæc acutis ventris doloribus differret: affinis quidem uterque morbus in primâ periodo, non verò unus et idem.

Nervorum phænomenis epidemia parisiensis ad cerealem morbum aut ad primum ejusdem gangrenosi gradum accederet, si in præsentî epidemiâ crebriores fuissent totius corporis aut partium convulsiones, sæpiùsque observata esset et intellectûs perturbatio.

Cuticularis apparatus læsionibus, faciei scilicet œdemate, erythemate, vesiculis, phlycthematibus, cuticulæ *densatione*, lapsu ejus aut unguium, furuncolorum superventu, præsens epidemia aliquâ ex parte primum morbi cerealis gangrenosi gradum attingere dici posset.

Varia verò quæ suprâ enumeravimus symptomata à spontaneo phalangum lapsu vel membri alicujus sphacelâ multùm distant.

Observata quidem symptomata non sola proprium et peculiarem parisiensium epidemiæ aspectum quemdam dant. Etenim sæpè numero fit ut continuâ ferè febris et sudoris absentîâ, ventreque quamvis presso, frequenter doloris in casibus multis, proprius quasi character illi adjiciatur. Non rarò enim febris adest in pictonicâ colicâ, adest et ventris inflatio et offensio facilis in epidemiâ istâ: his etiam signis pictonica colica à metallicâ sæpissimè periodicâ distinguitur, quæ quidem sine ullâ febre est et cum retractione abdominis, et in quâ leviter vel minimè afficitur pressus venter, quodquidem singulare omninò est, nam erythema sæpiùs gangrenæ comes est coloris minus intense rubri, qui citò in lividum abit, cum circulo in ambitu partis gangrenosæ rubro, qui procedens gangrænam repentem anteit. Vulneribus catepattâ et puncturis venenatis, hoc symptoma frequenter observatur gravem læsionem præcedens et semper indicat gravem lesionem nervorum (1).

Ubi adsunt acerrimi doloris morsus, ex varietate partium quæ vicissim affici videntur, simul et inclinatione quâdam ad inhærendum systemati nervorum liquet prorsùs quàm vera sit hæc *Morgagni* sententia: « *Rarum est ut in medicinâ faciendâ unius cujuslibet morbi signa univèrsa videamus.* »

(1) Quesnay, *de la Gangrène*, in-12, 1749, Paris. p. 40. — In hoc opere novam varietatem quandam gangræniæ, albidam scilicet primus descripsit Quesnay.

Quid de mollitie aut diffluente nervorum aspectu in parisiensi epidemiâ, haud comparandum cum cæterarum epidemiarum læsionibus; nam quid certum dicam de facto adhuc unico cum sectionibus cadaverum plerumque imperfectis ab auctoribus qui de colico dolore pictonum scripserunt et qui raro lethalis est.

Quid rationaliter de causis dicendum; nunc experiar.

Collatio causarum Epidemiæ præsentis ex conjecturâ positarum cum causis apertis aut pariter ex conjecturâ positis aliarum Epidemiarum.

Causæ morbi adhuc in incerto sunt; tentare nobis tantum licuit farinarum et panis adulterationem veluti probabiles epidemiæ causas inducere. Difficile ergo esset et fortasse supervacuum disserere quæ sit causæ vix probabilis actio, eamque actionem comparare aliis epidemiarum ejusdem generis in variis ætatibus causis, de quibus ipsis etiam nunc ambigitur. Hic solum notemus, quamvis clavus secalinus sæpè fuerit epidemiæ causa, alias tamen esse nec minus fortè graves, quæque præsertim carâ annonâ (Leidenfrost) et post pluviosos annos in istis temporibus observantur. Hæ sunt causæ: farinarum longior in hordeis inclusio, variique ipsorum frugum et panis et farinæ adulterationes naturâ aut noxiâ arte; à clavo secalino sævientes epidemias pendere dicitur a marburgensi medicinæ facultate per XVI sæculum (1), Lang (2), Haberkorn (3), Buddaeus (4), Longolius (5), Wedel (6), Rosenstein (7), Cothenius (8), Bergius (9), Salerne (10), Detharding (11), Zimmermann (12), Tissot (13),

- (1) Loco citato.
 (2) Loc. cit.
 (3) Gedanken von der Nervenkrankheit, welche durch das infierte Korn eingerissen. Budissin, 1770. (De morbo spasmodico a secali cornuto).
 (4) Consilium medicum von der Krampfsucht. Budissin; 1717.
 (5) Loc. cit.
 (6) Loc. cit.
 (7) Loc. cit.
 (8) Loco cit.
 (9) Loc. cit.
 (10) Loc. cit.
 (11) Diss. de nebularam in corpus humanum effectu. Bützov, 1763.
 (12) Loc. cit.

Sauvage (1), Vetillart (2), du Bourix (3), Baldinger (4), Taube (5), Tessier (6), Read (7), Nebel (8), Sangiorgio (9), J. P. Franck (10), Knape (11), Orfila (12), claros secalinos ab infamiâ liberare tentârunt: Waldschmitt (13), Vater (14), Rud. Vogel (15), Föcken (16), Spielmann (17), negant actionem secalis cornuti; et Taube, Leidenfrost et Eschenbach varios effectus tantùm modò agnoscunt.

Aliæ epidemiarum causæ: *Ustilago frumenti* (18), *Ustilago segetum*, L. k. unde: *Necrosis ustilaginea* (19); immatura in annis pluviosis vel rarissimæ annonæ (20), *Raphanus raphanistrum* (21) (undè *Raphania*, Linn.) *Bromus secalinus* (22). *Lolium*

(1) Loc. cit.

(2) Nosol. meth., Tom. III, p. I, p. 547.

(3) Mémoire sur une espèce de poison sous le nom d'ergot, sur les maux qui en résultent. A Tours; 1770.

(4) Mémoire sur les effets du seigle ergoté. A Paris, 1771.

(5) Programma ad dissert. de metastasi in morbis. Prælatio docet secale cornutum perperam ab infamiâ liberari. Jenæ, 1771.

(6) Loc. cit.

(7) Loc. cit.

(8) Loc. cit.

(9) Loc. cit.

(10) Loc. cit.

(11) Med. Policei, Tom. II, p. 223.

(12) Heckers Jahrbücher der Staatsarzneikunde, Tom. I, 11 fascic., p. 420. (Annales publicæ medicinæ).

(13) Leçons de médecine légale; 2^e édition, Tom. III, p. 340. — 61^e leçon, § 5, du seigle ergoté (*secale cornutum*). — Traité des poisons. Paris, Tom. II, p. 424.

(14) Tillet. Diss. sur la cause qui noircit les blés, 1755.

(15) Lentin. Beobachtungen einiger Krankheiten, p. 5.

Lentin assertio memoratu dignissima; nam ille quoque hydrohaciam musculos pollicis tumescentes et affinitatem cum colicâ saturninâ agnovit; sed hic sagax medicus epidemiam ex parte pendere a secali cornuto quod à scarabeo solstitiali oriatur partim à melligine.

(16) *Läkaren och naturfoskaren*, VIII, B. (ex diversis frumentorum corruptionibus).

Longolius, judicium medicum de corruptione lymphæ per frumentum, oder von der Kornstaube, Reissen, Ziehkrantheit, Krampfsuch, oder Kriebelkrankheit; 1717-8.

(17) Linnæus. Diss. de Raphaniâ. Upsal, 1763. Amœn. Acad., vol. VI, p. 430.

(18) Linnæus, loc. cit.

temulentum (1); *Agrostema Githago*; *Rhinanthus crista galli*; *Nigella arvensis*.

Incertum quidem esse clavos, haud melleo rore (*miellat*) alteratos noxios fuisse dicitur; huic opinioni plures consentiunt.

Tandem etsi *secale* præcipuè clavo afficietur, alia vegetantia herbacea hujusce morbi exempla etiam præbent, verbi gratiâ, *phalaris canariensis*, *phalaris aquatica*, *panicum miliaceum*, *phleum pratense*, *alopecurus pratensis*, *agrostis stolonifera*, *aira cristata*, *poa fluitans*, *festuca duriuscula*, *avena sativa*, *arundo arenaria*, *lolium perenne*, *elymus arenarius*, *elymus europæus*, *hordeum vulgare*, *triticum æstivum et hibernum*, *triticum spella*, *triticum junceum*, *holcus arenaeus*, *holcus lanatus*.

An Eruptiones varias accidentales conferre utile sit? Eruptiones etiam primitivæ, plerùmque ne dicam, in multis casibus minimè sunt momenti et in ingenio morbi rarissimè agunt. Ideò nec plura dicam.

De Therapeiâ. Quibusdam consimilibus symptomatibus, nil ad therapeiam deducendum.

Nil quoque è collatione variorum remediorum quibus fidem habuerunt medici. Enumeratio medicaminum sola inter illos comparisonem possibilem efficeret, sed absque ullo foret usu, nulla enim generalis idea emergere posset.

(1) *Kirchëisen* (J. P. G. beobachtungen über das mutterkorn und. dessen Eustchung. Zeitung, 1881.

PARS TERTIA.

De variis epidemicis morbis, Epidemicæ parisiensi symptomatibus duntaxot quibusdam vix affinibus; qui verò morbo ab istà gravioribus discrepant signis.

De epidemicis Havanae et Baltimoree morbis.

De Havanae et Baltimoree quibusdam endemicis et epidemicis morbis. Havanae morbus à domino Moreau de Jonnès depingitur: vulgò

la Giraffe à plebe vocatur. Anille equidem morbus is est de quo scripsit doctor Robert massiliensis, et iste *Genghé* vel *El colorado* nomina accepit. Symptomata : articulorum rhumatismum mentitur, scilicet acutis doloribus artuum *cum tumore* : scarlatinæ febris affinis est, eruptione quâdam, *quæ remissione morbi apparet*, nonnunquam eruptio nulla est. Hæc symptomata haud naturâ videntur pertimescenda; attamen periculum oritur è dolore acerrimo, nec epidemicâ indole : malum istud infantibus, senibus nullique civium ordini parcat.

His signis rheumaticum miliarem febrem à doctore Bonté (1) apprimè descriptum agnoscere facilius est, et his verbis à celeberrimo Sauvages memoratum.

Puerperis familiaris est, *cùm eruptio miliaris abit in squammis*, dolores enim vagi, qui priùs viscera affecerant, ad artus excurrunt; *in articulis fit intumescencia*, qualis in arthritide rheumaticâ; cutis colorem lucidum ibi adipiscitur, *sine œdemate*; hæc intumescencia lucens, pallida, *ab uno articulo seu geniculo ad alterum migrat*, et pertinax est; dolores acuti sunt, ægræ ex his immobiles fiunt; doloris enim acerbitas levissimo tactu adaugetur : *crisis in hoc morbo utilis est urinæ turbidæ copiosæ proventus; juvant ideò diuretica levibus diaphoreticis juncta*, ut serum lactis cum incocta radice Chinæ (2).

Nullum rheumatismi signum commune inter symptomata morbi parisiensis epidemico observatum fuit, et enim ambulat rheumatismus; in imis contrâ partibus, apud ægrotos epidemiâ laborantes infixus hærebat dolor, nec tumebant articuli, præ quibus erant maculæ.

Pedionalgia.

Pedionalgia epidemica sola de quâ hîc agendum sit, à doctore pedemontano nomine San-Marino descripta fuit. Nulla eruptio erat. Plantæ pedis est nevralgia, et immeritò doctor François illam ad morbum epidemicum retulit.

Medicus quidam Anglicus, vir singulari doctrinâ, à multis annis Lu-

(1) *Jourual de Médecine, janvier 1757.*

(2) *Nosologia methodica sistans morborum classes, auctore Francisco Boissier de Sauvages; tome II, p. 34.*

tetiæ degens, doctor *Macloughin*, parisiensi epidemiæ plurimum attentionis impendit. Ægrotos in *hospitio Caritatis* curatos in *professoris Cayol* atriis diutissimè diligenterque observavit. Affirmat ille multum similitudinis esse hunc morbum inter et cholera-morbum indicum. Difficile verò est hanc opinionem sequi. Etenim secundum doctorem *Anneslye*, præcipua cholera-morbi causa est actio climatis, præsertimque æstus vehementior, locorum natura, inter Europæos verò actio alimentationis quæ nimium hanc refert quâ in climatibus nostris temperatis utuntur. Sed non video morbum de quo agitur ex influxu caloris ingentis, semperque peculiaribus in locis natum esse; aliundè insalubris victus causa mali tantummodò suspici potest, ac necessarium esset, quam ut opinio illa acciperetur, hoc probari, nempe morbum ortum esse ex usu farinarum sive adulteratarum, sive avelenatarum. Cæterum hi morbi, si perpensentur symptomata utriusque, inter se comparari nequeunt; etenim anorexia, vomitus, coloratioque propria, quæ præbent ægrotantes, non sufficiunt ut detegatur analogia; aliundè differunt et acerbitate et diuturnitate; cholera-morbus indicus quàm citissimè necat; è contrario morbus epidemicus parisiensis lentè progreditur et diutissimè perseverat.

CONCLUSIO GENERALIS.

Quid ergò de suprâ dictis concludendum?

Nulla inter incertas morbi causas aut admittenda aut respuenda; omnes enim caliginè circumvolutæ manent.

Parisiensis epidemicus morbus, aliquot aspectibus colicæ pictonum, nec non quibusdam aliis morbo cereali similis, ex illis tamen, vel in gravissimis casibus, symptomatibus reverâ differt.

Quæcumque natura huic morbo tribuatur, lentum veneficium sive quivis alius agendi modus admittantur, nihilominùs plerisque in casibus agnoscendum est quàm leves conatus adhibeat natura ad removendam causam quæ vel stomachum, vel cutem vel tandem nervosum systema aggreditur.